

PROLOGUS.


187

nata sup capitellum columnne: oia erant
 Similem ⁊ columnna secunda habebat
 ornatum. Tulit quoq; princeps mili-
 tie saraia sacerdotem primū ⁊ sopho-
 niam sacerdotem secundū ⁊ tres iani-
 tores ⁊ de ciuitate eunuchum vnū qui
 erat prefectus super bellatores viros ⁊
 quinq; viros de his qui steterant coram
 rege quos repperit in ciuitate. ⁊ sopher
 principem exercitus qui probabat tyro-
 nes de populo terre ⁊ sex viros e vulgo
 qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos
 tollens nabuzardan princeps militum
 duxit ad regem babylonis i reblatha:
 percussitq; eos rex babylonis ⁊ interfecit
 eos in reblatha in terra emath. Et tras-
 latus est iuda de terra sua. Populo au-
 tem qui relictus erat in terra iuda que
 dimiserat nabuchodonosor rex babylo-
 nis prefect godoliam filium aichan fi-
 lij sapha. Quod cum audissent omēs
 duces militum ipsi ⁊ viri qui erant cum
 eis videlicet qd constitueret rex babylo-
 nis godoliam venerūt ad godoliam in
 maspha hismael filius nathanie ⁊ io-
 hannan filius zaree ⁊ saraia filius tha-
 nameth neropharites ⁊ iezonias fili-
 maachan: ipsi ⁊ socij eorū. Iurauitq;
 godolias ipsis ⁊ socijs eorū dicens: No-
 lite timere seruire chaldeis. Manete in
 terra ⁊ seruite regi babylonis: ⁊ bñ erit
 vobis. Factum est autem in mēse septi-
 mo venit hismael filius nathanie filij
 elisama d semine regio ⁊ decem viri cum
 eo: percusseruntq; godoliam qui ⁊ mor-
 tuus est: sed ⁊ iudeos et chaldeos qui
 erant cum eo in maspha. Consurgesq;
 omnis populus a paruo vsq; ad magnū
 ⁊ principes militū venerūt in egyptū:
 timentes chaldeos. Factū est vō in an-
 no tricesimo septimo transmigrationis
 ioachin regis iude mense duodecimo
 vicesima ⁊ septima die mēsis subleua-
 uit euilmerodach rex babylonis anno
 quo regnare cepit caput ioachin regis

iuda de carcere ⁊ locutus est ei benigne
 Et posuit thronum eius sup thronū ve-
 gum qui erant cum eo in babylone: ⁊ mu-
 tauit vestes eius quas habuerat in car-
 cere ⁊ comedeat panem semp in con-
 spectu eius cunctis diebus vite sue: an-
 nonā quoq; constituit ei sine intermissi-
 one que ⁊ dabatur ei a rege p singulos
 dies omnibus diebus vite sue.

¶ Explicet secundus liber *Ma-*
lachim. i. regum quartus.

Incipit p̄fatio sancti Hieronymi in li-
 brū dabeiamin: qui ē paralipomenō:
 qd nos dicere possumus verba dierū.



Dantus ac talis est liber
 iste vt absq; illo si quis
 sciētiā scripturarum
 sibi voluerit arrogare se
 metipsum irideat p sin-
 gula quippe nomina iuncturascq; verbo-
 rū ⁊ pretermisse in libris regum regun-
 tur hystorie: ⁊ innumerabiles explican-
 tur euangelij questiones. Sed si septu-
 aginta interpretū pura ⁊ vt ab eis in
 grecum versa est editio pmaneret: sup
 flue michromati episcoporum sanctissi-
 me atq; doctissime impelleres vt hebre-
 a tibi volumina latino sermone trans-
 ferrem. Quod enim semel aures hominū
 occupauerat ⁊ nascentis ecclesie robora-
 uerat fidem: iustum erat etiam nostro
 silentio comprobati. Nunc vō cum p
 varietate regionum: diuersa ferantur
 exemplaria ⁊ germana illa antiquaq;
 translatio corrupta sit atq; violata no-
 stri arbitij putas: aut e pluribus iudi-
 care quid verum sit: aut nouū opus in
 veteri ope cedere: illudentibusq; iud-
 is: cornicum vt dicitur oculos cōfige-
 re. Alexandria ⁊ egyptus in septuagin-
 ta suis eschidium laudat aurozem: con-
 stantinopolis vsq; antiochiam luciani